



**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas**

**Antverpiæ, M.D.C XXX III.**

S. Novatvs Presbyter. 20. Iunii.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](#)

344 *Vitæ Sanctorum.* 20. IV N.  
deformior fuit, eò impensis MICHE-  
LINÆ charitate sublevabatur: satisque  
constat exesum Elephantiasi ejus oscu-  
lis persanatum, quibus singula ægri ul-  
cera libaverat. Ad cælum an. M. CCC.  
LVI. abiit. Flagrum ejus, cilicium, zo-  
naque ferrea in Virginis Salutatæ tem-  
plo asservantur, sacræ militiæ tyroni-  
bus monstranda. His armis cælum ex-  
pugnavit fœmina. Sperabitis molliora  
viri? *Ex Chron. Minor.*

S. NOVATVS PRESBYTER.  
20. Junii.

Non jam Priamum aut Nioben  
Græcus Parnassus cantet in funera  
sua foecundos. At nos PVIDENTI Se-  
natorii ordinis Romæ viro NOVA-  
TVM & TIMOTHEVM filios gemi-  
nos, totidemq; filias PVIDENTIANAM  
& PRAXEDEM gratulamur, omnes  
cum ipso patre cælo insertos. Et felici-  
tatem hauc tam sancta familia ducibus  
Apostolorum DD. Petro & Paulo de-  
bet, qui post hospitii tesseram PVDEN-  
TEM sacris undis admoverunt, & uti  
animum, ita animi socium corpus can-  
didâ veste induerunt. Et servavit ille  
utramq; ab omni labe eximiam, ædesq;  
suas commune miseris hospitium fecit.  
Demortui virtutes hereditario jure sibi  
debitas liberi certatim involarunt,  
quamvis vivēte, & arridente patre, idem

j am

IVN.  
CHE-  
isque  
oscu-  
ri ul-  
CCC.  
n, zo-  
tem-  
roni-  
n ex-  
lliora  
  
R.  
  
oben  
anera  
TI Se-  
OVA-  
gemi-  
NAM  
mnes  
elici-  
cibus  
o de-  
DEN-  
& uti  
can-  
lle  
desq;  
fecit.  
e sibi  
unt,  
idem  
jam

21. IVN. *Vite Sanctorum.* 345  
jam fecerant, Ædes in templum versa; patrimonium in pauperes dilapidatum; tota familia (capita numerabat XCVI.) omnis sacro fonte lustrata; latebræ afflictis Christianis datæ; firmati nutantes; roborati morientes; mortui terrâ tumulati. Sacra à NOVATO & TIMOTHEO fratre omnibus ministrata. Deniq; non jam in templum tantum, sed cælum migrasse domum tam sanctam dixisses. Certè cælo digna ab ipso cælo judicata est nobilissima hæc familia; in quam utinam more veteri transfire ignobiles nos terræ filii aliquando possimus! *Ex Ferrar.*

S. H E M M I N G V S EP. 21. *Iurii.*

**I**N HEMMINGO Aboënsi Pont. à primis annis jam ex morum gemmæ emicuerunt, quæ insulæ olim majestatem decerent; ita jam tum in puerο nihil puerile præter ætatem erat. A ludis omnibus alienus, totus studiis seriis jam tunc occupabatur, & in his ipsis unius DEI gloriam quærebat, semper in cælum collimans unicum scopum suum, sed Christiano homini, ut non aberret, satis magnum. Et talis ille etiā duravit, postquam Collegio Canonorum adscriptus fuit, nisi quod tunc, ut alii nummorum, ille virtutum potius censum augeret. Dignum ergo tunc Superi judicarunt, cui D. Brigitte ortum